



Dette værk er downloadet fra **Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

#### **Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

#### **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

#### **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

Dansk Skolemuseum  
SYMBOLARUM  
AD EXAMEN PUBLICUM ANNIVERSARIUM V.  
EXEGESIN

# PSALMORUM DAVIDICORUM

SPECIMEN PRIMUM,

QVO

EXAMEN PUBLICUM ANNIVERSARIUM

IN

SCHOLA METROPOLITANA HAUNIENSI

XV CALEND. OCTOBoris A. MDCCCVII

HABENDUM

INDICIT

RECTOR SCHOLAE

NICOLAUS LANG NISSEN,

DOCTOR PHIL. ET MAG. ART. ATQVE PROFESSOR.

---

HAUNIAE.

TYPIS DIRECTORIS JOH. FRID. SCULTZII,  
AULIC ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHII.

---

## PROLEGOMENA.

---

Qvodsi, qvanto studio atqve successu in textu  
scriptorum græcorum et latinorum recogno-  
scendo atqve emendando, eodemqve com-  
mentariis, qvibus opus esset, illustrando, ver-  
sati sunt critici atqve editores, tanto non so-  
lum studio, sed etiam successu, in textu sa-  
cri codicis V. T. emendando adqve veritatem  
et integritatem suam restituendo, qvid? qvod  
eodem maxime necessariis explicationibus in-  
struendo, uti hucusqve potuissent, profecto  
aditus ad hunc librum egregium vereqve divi-  
num, librum *νατ' ἐξοχην* (*τα Βιβλια*) et nominata-  
tum et nominari dignissimum, cum patentior  
tum jucundior doctis indoctisqve hodie esset.  
Qvod enim in autoribus classicis græcæ atqve  
romanæ antiquitatis accidisse constat, ut tex-  
tus eorum negligentia prescriptorum et inscritia

correctorum vitiis mendisqve corrumperetur, idem in libris sacri codicis V. T. et accidere potuisse res ipsa docet, et accidisse tum veterum interpretum versiones, qvæ alias sæpe lectiones secutæ esse videntur, qvam qvas hodiernus editionum textus seqvitur, tum variantes codicum lectiones emendationesqve in Massora et qvidem in Kri et Ctib collectæ probant; nec, etsi criticam Masoretharum et, qvi ante eos fuere, doctorum Judæorum diligentiam ad integratem textus sacri codicis V. T. conservandam multum contulisse in dubium non est vocandum, aliquem, qvi hasce litteras aliquatenus modo habeat cogitas, et critica studia viorum doctorum, qvales sunt *Houbigantius*, *L. Capellus*, *E. Kennicot*, *de Rossi*, *Michae lis* et *Bruns*, vel levissimo adspectu cognoverit, quantum adhuc in hisce rebus desideratur, latere p̄terit. Accedit, qvod infelici doctorum Judæorum studio atqve ardore textus Masorethicus tanta accentuum, distinctivorum et conjunctivorum, imperatorum, regum, principum, comitum, servorum, multitudine obrutus est, ut mole sua vere labrare dicendus sit, lectorisqve et oculus et animus multiplici eorum forma, parum sæpe di-

versa, necessario perturbetur, nec tamen nisi levissimum ejus fructum et rarissime inde percipiat. Donec vero textus sacri codicis V. T. purus, integer et sanus restituitur, qvid? qvod commentario perpetuo æque brevi atque lucido instruitur, hic liber, inter libros præcellentissimus, quem satis multis lectoribus donare nequimus, multis, ad quos lectio ejus pertinere debuit, tantum non omnino clausus erit. Quid enim ex lectione operum Ciceronis aut Plutarchi, Horatii, Virgilii aut Sophoclis et AEschyli, exspectare liceret, si scripta illorum adhuc nobis offerantur, textu non multum emendatiore, quam qualis ante secula erat, adeoque multis in locis sensu carente, quem quæsitum quivis lector criticorum et commentariorum volumina, ad probabilem lectiōnem inde eruendam, multo labore scrutari cogeretur? Quam enim in critica Masoretharum arte religionis stultitiam merito reprehendisse putandus est doctissimus *J. A. Starckius*, qvod, in non emendandis manifestis librariorum vitiis superstitionissimi, veram lectionem in margine notasse sat habuerint, eam vero, quæ manifesto laboret vitio, studiose in ipso

textu conservarint \*), eadem nimia religione editores Bibliorum, typis impressorum, etsi viros de Bibliis sacris V. T. edendis summo pere meritos, qvales præ ceteris habendi sunt *Seb. Munsterus, Buxtorfius, Athias, Jablonskyus, Opitius, J. H. Michaelis, Reinecius, J. C. Doederlein, J. H. Meisnerus et Kennicottus*, non sine maxima reverentia commemorare oportet, se non liberasse dolere fas est, qvod textu ipso, qvalis per multum annorum fuit, recuso contenti, nihilqve vel paucissima certe in eo mutare ausi, vel luculentissimas ejus correctiones, et de qvibus inter omnes fere interpretes convenit, in commentariis suis agitare et commendare sat habeant. Quid, si poetarum opera, qvales sunt Horatius et Virgilius, metris non dispunctis, versibus uno continuo sese tenore, sine omni distinctione, excipientibus, adhuc nobis tradentur legenda? Norne omnis paene eorum legendorum voluptas periret? Ut vero sacer codex V. T. omnibus, qvorum erit ad ipsos sacrorum librorum fontes adire, vere aperiatur, textu integro, sano et puro, a vitiis lec-

---

\* ) Davids aliorumqve poet. hebraeorum carm. libr. V. ex cod. illustravit *J. A. Starck*, v. 1. p. 65.

tionibusqve non probandis castigato, et quidem ab onerosis accentibus ita liberato, ut in eorum locum, qui necessarii habentur, vel hodierna distinctionum signa subeant, inque poeticis rebus, metro aliquo gaudentibus, stichorum expositione et membrorum poeticorum distinctione ad instar versuum, ut in editione *B. Kennicotti* ex parte factum est, opus erit; utique ad talem textum emendatum facilior et jucundior aditus omnibus, quorum interesse debet Bibliorum studia nosse, muniatur, recognitis denuo optimis commentariis, summa horum in integro et accurato commentario perpetuo, brevissimaqve adeo vel difficultorum locorum dilucidatione, non recensisitis aliis aliorum interpretationibus, lectores donare necesse erit. Nec jam satis erit ad tale opus perficiendum, ut unus aliquis optimas priorum interpretationum sententias, qui libris V. T. explicandis hucusqve dedere operam, in unam quasi summam redigat: novo labore, novis meditationibus opus erit; doctorum adhuc viorum reqviretur indefessa diligentia summaqve in excutiendis aliorum suisqve interpretationibus patientia, in optimis aptissimisqve eligendis ingenii acumen, judiciiqve elegantia si-

mul et moderatio, ubi a textu vulgari, seu aliorum conjecturas et interpretationes seu suas ipsorum conjectiones amplectendo, erit discedendum. Attamen, qvum tam multa egregie tot viri doctissimi in hosce libros commentati sint, ut suprema tantummodo manus operi admovenda videatur, et felicissimis præsertim VV. DD. J.C. W. Augusti et W. M. L. de *Wette* studiis et laboribus id effectum sit, ut rei longe maxima laboris pars detracta videri possit, sperandum est, non defuturos, qvi, perficiendo pares, summi fructus causa, inde in publicum redundaturi, laborem subire velint, ut sine mora longa perficiatur, imprimis vero hosce duuinviros, de interpretatione sacrorum librorum tam egregie meritos, exspectationem non frustratueros sperare licet. Etenim sic demum ad id, qvod summum est, perveniri posse puto, ut tempus novæ recensionis textus codicis hebræi instituendæ tandem adesse existimetur\*), adeoque, qvalem textum habemus *Horatii* et *Virgilii*, castigatum, integrum et sanum, cum perpetuo commentario critico et exegetico, textui subjecto, in editionibus Mitscherlichi et Hey-

---

\* ) Baueri Historisch - critische Einl. in die Schriften d. a. T. §. 220.

nii, talem etiam Bibliorum V. T. textum, qvam fieri potest, castigatissimum, purissimum atque integerrimum, perpetuo tali commentario, vel breviori adhuc, instructum, consociato Virorum doctorum studio, tandem aliquando habituri simus. Quantum autem utilitatis tale opus perfectum rebus religionis verique sensus, doctrinæ theologicæ et imprimis docto~~r~~ sacrorum librorum V. T. studio allaturum sit, perse patet. Oportet vero difficultates et impedimenta e medio tollere, ut opus promoveatur, cum non cuique data sit potestas eorum per semetipsum auferendorum; in immensa vero congerie commentationum et interpretationum, qvas in libros V. T. habemus scriptas, qvot qvantaque sunt obstacula, qvæ perrumpere alias res curandas habentibus non potest contingere! Est enim laboriosum negotium, et tantum non nauseam creans, per veterum atque recentiorum versionum nec non antiquarum novissimarumque interpretationum molem ita evadere, ut Talmudistarum quoque et Rabbinorum opiniones cognoscere cogaris. Qvod qvivis expertus sentiet; eqvidem, qvi non sine tædio sensi, ut ad legendos sacri codicis V. T. libros via non minus muniatur, qvam ad

legendos autores profanos munita est, jam dum opto.

Etsi vero non is sum, qvi mihi hoc arrogem, ut credam, me posse aliquid ad hanc viam muniendam conferre, nec non sentio, me audacius forsan, qvam fas est, facere vi-  
sum iri, qvi vestigia novissimorum præstan-  
tissimorumqve V. T. interpretum, V. V. D.D.  
*Augusti et de Wette*, laude mea longe supe-  
riorum, premere non satis habuerim, atta-  
men, qvum mea ipsius causa, præcipuo ali-  
quo carinum Davidicorum amore et studio  
motus, inter Psalmos legendos *symbolas* ad  
faciliorem eorum interpretationem, qvalibus  
viam, de qva dixi, ad lectionem totius V. T.  
munitum iri animo conceperam, dare aggres-  
sus sum, hanc meam qvalemcunque operam,  
in specimine versionis et interpretationis meæ  
evulgando, proponere hic audeo.

Qvod vero ipsum textum non curavi ex-  
pressum, stichis suis distinctum et qvidem  
emendatiorem, de qva re supra dictum est,  
ideo feci, qvod et ex versione, qvid de hac  
re sentiam, intelligitur, et veritus sum, ne,  
si textus recepti lectiones proprio Marte emen-  
danem atqve corrigerem, adeoqve contra le-

gem hac de re a memet ipso rogatam facerem, audacior alicui, qvam fas esset, et forsan temerarius viderer. In vertendo autem hanc mihi regulam seqvendam scripsi, ut versionem, qvam pateretur lingva latina, in qvam converterem, ad verbum instituerem, nec imagines, metaphoras et reliqvam sacrorum librorum indolem relinqvendam putarem, biblicumqve adeo sermonem servare, nec cum hodierno mutare studerem, verbo, ut, qvam fieri posset, simplicissimam eam redderem. Hoc enim erat, cur versioni Dathianæ, alias egregiæ, me omnino adjungere neqvirem, qvod mihi liberior esse et lingvæ hodiernæ ingenio nimis indulgere videatur. Id vero præcipue utilitatis in hisce carminibus denuo vertendis secutus sum, ut adeo appareret, qvamnam ex tot aliis interpretationibus locorum, qui ab aliis aliter explicantur, sententiam amplectendam esse censuerim. Qvod reliqvam autem interpretationis rationem attinet, præter paucissima versionis verba, in notis versioni subjectis explicata, ne prave intelligerentur, eas solas interpretationes, in qvibus ab aliorum interpretum explicationibus discedo, in suis qvasqve excursibus comprobare argumentis

studui; ejusmodi vero interpretationes meas, ab aliis diversas, vel, si ab uno aliquo interprete non prorsus sint alienæ, novis rationibus saltem superstructas, in versione signo asterisci adscripto notavi, ut lector habeat, quo statim de eo admoneatur; eodemque signo etiam lectiones singulas, a textu masorethico abeuntes, diversasque ab hoc versuum vel verborum divisiones, quas aut proprio Marte amplectendas censui, aut ab aliis laudatas iis assensus sum, insignes feci; neque aliter, ubi nexu idearum ad sensum rectius perspiciendum ulterius exposito opus esse videretur, ejusmodi excursus eadem nota in initio versus, ad quem pertinent, indicavi, ut, si cui eos cognoscere libuerit, lectorem eo ablegarem. Raro observationes addidi ad constituendam argumenti rationem occasionemve psalmi componendi, ad certas res vitæ autoris referendam, nec nisi ubi videbatur tantum non manifesta, nec nihili ad veriorem carminis interpretationem habenda, ut sæpe est maximi in ea re momenti. In emendationibus textus masorethici inque conjecturis recipiendis semper, quia potui, maxima judicij moderatione uti ita studui, ut ad eas nunquam,

nisi verioris et simplicioris interpretatio*n*is stu-  
dio, confugerem, nec nisi levissima litteræ si-  
millimæ mutatione facta, aliave litterarum in  
continuis vocibus conjunctione aut distinctio-  
ne, punctisve et accentibus neglectis, et qvi-  
dem suffragantibus s̄apissime veteribus inter-  
pretibus græcis et latinis et variantibus codi-  
cum lectionibus, ut ad magis in affectatam fa-  
cilioremqve explicationem perveniretur, iis  
utendum existimarem. Hoc enim lubens pro-  
fiteor, ubi in emendanda sic lectione, ut pro-  
babilior et facilior redderetur interpretatio,  
hosce veteres interpretes habui non dissentien-  
tes, hanc autoritatem mihi multo plus valui-  
sse qvam etymologiam incertam ex cognatis  
lingvis conjectura qvæsitam; nec infrias eo, in  
dijudicandis aliorum interpretum sententiis,  
me facilitatem et simplicitatem interpretatio-  
nis tanto majoris hic fecisse qvam difficultatem  
eiusdem, contra id, qvod multi interpretum  
seqvi videntur, qvum nihil tam durum, con-  
tortum affectatumqve sit, qvin genio sermo-  
nis et poeseos hebrææ obtrudi posse ab iis pu-  
tetur, qvanto magis in unoqvoqve scriptore  
explicando, nisi orationem affectatam duram-  
qve sibi habeat familiarem, faciliorem inter-

pretandi rationem difficiliori præferendam puto, ut ne in lectionibus qvidem diversis op-tandis, ut recte monet *Dathenus* \*), V. d., legem criticam in dijudicandis variis lectionibus scrip-torum græcorum et latinorum receptam, qvæ difficiliorem lectionem faciliori præferre jubet, ad crisin scriptorum Hebræorum tuto semper transferri posse, nec difficiliorem adeo lectio-nem, nisi eadem melior et probatior aperte sit, majoris faciendam esse qvam faciliorem censemam \*\*). Hæcce vero et alia lectores, in dijudicando hocce specimine, æqui bonique consulant, rogantur.

---

\*) Vide Dathii versionem Psalmorum, ed. alt., p. 44. b.

\*\*) Vide e. gr. psalm. XX. v. 6.

# P S A L M I ,

LATINE VERSI,

EXCURSIBUSQVE AD LOCOS DIFFICILIORES

VEL CRITICA MEDELA EGENTES

ILLUSTRATI.

---

## PSALMUS PRIMUS.

---

Prospera pietatis, improspera impietatis fortuna  
describitur.

1. **Q**vam felix vir,  
qui in consiliis improborum non versatur,  
inque via peccatorum non consistit,  
nec in circulis derisorum sedet,
2. lege vero Jehovæ delectatur,  
legemque ejus interdiu noctuque meditatur.
3. Similis vero est arbori,  
ad rivos aquarum plantatae,  
tempestivos fructus ferenti,  
non marcescentibus foliis ejus:  
sic, quidquid suscepere, id prospere per-  
ficiet.
4. Non ita impii.  
Qui similes sunt paleis,  
quos ventus dispergit.

5. Qvare causa sua non stabunt improbi in jure,  
nec peccatores in consilio proborum.
6. Nam viam proborum Jehova \* ornat,  
sed via impiorum perit.

## EXCURSUS AD PSALMUM PRIMUM.

v. 6.

**כִּי יָדַע יְהוָה בָּרוּךְ אֱלֹהִים**

Difficultas in hoc loco ab interpretum non nullis mota, cum in verbis sibi oppositis, **יָדַע**, *novit*, et **אָכַר**, *periit*, veritas antithesis nec non sententiæ facilitas desiderari videatur, etsi non magni facienda est, cum non valde ex ea laboret receptio loci interpretatio (*deus curat, approbat, vel, ut de Wette* \*), *remunerabitur v. p.*) attamen non ita negligenda est, ut, si leniter vulneri mederi liceat, omni medelæ supersedere debeas. Eqvidem vero, sic sese rem habere ratus, **יָדַע** in forma *Hiphil* interpretandum puto, ut sit: *insignem reddere, magnificare, (forherlige), ornare*, qvod, eodem fere rediens, qvo versio Knappii, v. d., *fortunare, melius των Αἰτην* **אָכַר** *perire, irritum cadere, successu carere, opponi videtur.* Video eqvidem et ante

---

\* Commentar über die Psalmen.

me interpretem aliquem, nomine celato \*), haud secus in fut. *Hiph.* interpretari, verba nostra vertendo: *probis Deus viam monstrat*, nec ipsam constructionem verbi nostri sensu *docendi* cum duobus accusativis et rei et personæ, cujus exempla sunt Genesis 41, 39. et Exod. 33, 12, damnandam putarem, nisi et nimis universalis ita evaderet oratio, cum, quam viam Jehova pios doceat, querere primum sit, et accurata parallelismi ratio in **דָּרְךָ צְרוּקִים** et **דָּרְךָ רְשֻׁעַם**, in statu constructo, ut vocant, conjunctis, omnino periret. Qvod vero ad significationem a nobis huic verbo in *Hiph.* subjectam attinet, eam et in ipsa verbi natura inesse arbitror, ut ex significatione *Conj. Kal, nosse*, *Hiph. facere ut aliquis sciatur*, simul *notum facere*, Jes. 38, 19, *insigne reddere*, interpretari possimus, nec nihil praesidii in significatione hujus verbi in forma *Niphal*, ubi **נֹרֶעַ**, *insignis, magnificus*, (vide Ps. 9, v. 17, 76, v. 1.) occurrit, interpretationi nostræ fore arbitramur. Cæterum in **τῷ תָּאֵבָר**, qvod in **תָּאֵבָר Knappius, Leunius** aliquique mutant, lectionem vulg. non sollicitandam esse, cum

---

\*) Versuch einiger Beiträge zur historischen Auslegung der alttestamentl. Bibel.

נְבָנִים in forma Piel objecto suo expresso carere nequeat, hic vero nihil addatur, quod via impiorum *perdat*, sensusque adeo mancus ex mutata lectione prodeat, *Th. Fr. Stange* \*) rectissime monuit.

### PSALMUS SECUNDUS.

Admonentur gentes populi que exteris, jugo regis israelitici se subducere conantes, ne contra regem ab ipso Deo constitutum adeoque ipsum Deum vanam seditionem movere studeant: irritos quippe conatus ipsorum futuros, graviusque eos jugum passuros. Utrum vero de Davide, an de Salomone a iove rege Psalmus noster explicandus sit, dubitatur. Evidem, cum multa sint, quae, quo minus de Davide intelligas, vetent, eum de Salomone a iove rege posteriore et de seditione inter iniicia regni ejus forsitan a gentibus exteris quibusdam, quae jugum sibi a eodem impositum ferre noluerint, facta, etsi annales hebrei de talibus conatibus nihil commemorent, cum Rosenmullero, Jacobi, de Wette aliisque interpretum intelligere malo, eoque lubentius malo, quo minus in iis, quae v. 6. de rege in Sione creato, et de eodem rege, nomine *filiū dei* ornato, etiam de Salomone aut sequenti rege aliquo interpretandis, comparando i Reg. 1 c. v. 39 et 45., et 2 Sam. c. 7. v. 14, hæc fas sit. Quid si vero ad Salomonis tempora huncce Psalmum referre placeat, non video, quid vetet arbitrari, ipsum regem Psalmi aa-

\*) in Anticritica in locos quosdam Psalmorum a criticis sollicitatos pag. 1-5.

torem esse, eandemque adeo et poetæ et regis personam in Psalmo loquentem exhiberi.

1. Cur strepunt populi,  
gentesque meditantur vana?
2. una consurgunt reges terræ,  
inter seqve consultant principes  
contra Jehovam et contra unctum ejus?
3. "Disrumpamus vincula eorum,  
et abjiciamus a nobis funes eorum" \*).
4. Qui habitat in coelo, ridet,  
Iudit eos dominus.
5. Tum in ira sua eos alloquitur,  
inque æstu animi sui eos perterrefacit:
6. "Ego vero regem meum unxi  
in Sione, monte meo sacro" \*\*),
7. Enarrabo \* decretum Jehovahe,  
dicentis milii: "filius meus es tu;  
ego hodie te genui.
8. Roga a me,  
populosque tibi dabo possessionem,  
et hereditatem fines terræ.
9. Conteres eos sceptro ferreo,  
tanquam vas figulinum eos comminues".

\* ) Loquentes inducuntur hisce verbis reges conspirantes.

\*\*) Verba sunt dei, regem israeliticum a se constitutum declarantis.

10. Itaque, reges, resipiscite,  
commoneri vos patimini, judices terræ!
11. Servite Jehovæ cum timore,  
horrescite cum tremore!
12. Osculabundi reveremini filium,  
ne irascatur \*), vosque in via pereatis;  
brevi enim ira ejus exardescit.  
Felices, quotquot ad eum confugiunt.

## EXCURSUS AD PSALMUM II.

v. 7.

אָסְפָּרָה אַתְּ־חַק וְהַנֶּתֶן  
אָמַר אֱלֹהִים : בְּנֵי אָפָת  
אָנָּב חֻוָּם וְלֹרְתִּיק.

Sic equidem hunc locum, ab interpretibus maxime vexatum, legendum atque, auctoritate etiam de *Wettei*, distingendum esse absque omni dubio censeo. Hoc enim mihi habeo persvasum, verbum סִפְרָה ubi notionem *narrandi* habet, cum præp. אל nullo modo construi, et quæ afferant loca interpretum non nulli, in quibus *Henslerus* \*\*), *Stange* \*\*\*),

\*) Scilicet *Jehova*.

\*\*) Bemerkungen über Stellen in den Psalmen und in der Genesis, S. 4.

\*\*\*) Anticritica pag. 9.

*J. A. Jacobi* \*) ad contrarium probandum, ea, qvod docere deberent, id minime docere. Ut enim locum Jes. 38, 19. taceam, ubi אל ad אַמְתָּהָה, non ad verbum, qvod est יְדֹעָה, referatur, nec in eo loco, qvi majoris esse videri possit, nempe Psalm. 69, v. 27, qvem laudat egregius V. T. interpres *de Wette* ad probandum versionem suam, *de re aliqua narrare*, qviqve vel doctissimo in hac re viro *Stangeo* tanti visus est, ut, eo solo nisus, luculenter patere contendat, particulam אל ad סִפְרָה trahendam esse, loqvendiique formulam esse סִפְרָה, nec in eo loco, inqvam, rem se ita habere constat. Aperte enim præpos. אל hic qvoqve ad מִכְאָב, non ad סִפְרָה, est trahenda, quasi: *ad dolores adnumerare*, ut *Gesenius* vult, aut *narrare*. Qvod alii vero, qvorum est *Knappius*, *Datheus*, *Kühnoel*, קְרֵת *veritas* ex arab. explicant, eam significationem nomini hebr. inesse haud probarunt. Itaque jure aliqua lego et distingvo, ut *oī ĥ*, iisqve ducibus *Houbigantius* \*\*), legerunt et distinxerunt locum nostrum: אֶת־חָזֶק יְהוָה pro אל חָזֶק, subintellecto אֲשֶׁר ante אָמָר, et parallelis-

\*) In animadversionibus versioni sue subjectis.

\*\*) Houbigantii notæ crit. Tom. 2. pag. 1.

mum sententiarum sic optime procedere arbitror.

### PSALMUS TERTIUS.

Davidis, cum ei hostes, castris ex adverso positis, prælium minitarentur, (2 Sam. 18 c.), preces, spem atque fiduciam in deo collocatam profitentes. Res vero Davidis, cum in eo esset, historia de rebellione filii ejus Absalomi, 2 Sam. c. 15-18 exposita, illustrare potest, nec est in carmine nostro, qvin id, inscriptionem veterem hebraicam sequentes, de hisce rebus interpretemur.

1. [Psalmus Davidis, cum Absalomum, filium suum, fugeret.]
  2. Jehova! Qvam multi sunt hostes mei!  
qvam multi, in me consurgentes!
  3. Qvam multi, de me dicentes:  
*"nulla ei salus est apud Deum"* \*).
  4. At tu, Deus! clypeus es mihi,  
gloria mea, meumqve caput erigens,
  5. Voce mea ad Jehovahm clamiavi,  
respondit mihi ex monte suo sacro \*\*).
- 

\* ) De voce נָשָׁר hic primum obvia vid, inter alios *Hederum* de Genio poes. hebr. p. 2, p. 376 et *Eichhornii* alg. Bibl. der bibl. Litt. V. 542-551.

\*\*) Oraculum de exitu belli Davides ex Zione accepisse videtur, Vide 2 Samuel. c. 15, v. 25-28.

6. Cubitum ibam, obdormiebam, evigilabam \*);

Jehova enim me protegit.

7. Non metuam itaque myriadas populorum,  
qui circum me castra posuerunt.

8. Surge vero, Jehova! serva me, Deus mi!  
Tu enim hostium meorum maxillam percutere vales,

dentesque sceleratorum confringere.

9. Penes Jehovahm est salus.

Sit populo tuo auxilium tuum!

#### PSALMUS QVARTUS.

Divinum auxilium implorando, hostes monendo,  
ut a conatibus seditionis discedant, amicos, ne animo  
deficiant, hortando, Davides suum ipsius animum,  
omni spe in deo posita, confirmare studet. Forsan  
etiam hic Psalmus eadem, qua proxime praeedens, oca-  
sione compositus esse, adeoque ad turbas ab Absolu-  
tione contra Davidem concitatas pertinendus est.

1. [Cantorum magistro, fidibus\*\*) canendus,  
psalmus Davidis.]

\*) Cf. 2 Sam. c. 17, v. 2. et v. 9.

\*\*) Etsi receptam hanc explicationem vocis בְּגִינָה seqvor,  
attamen aliam explicationem, in Eichhornii Alg. Bibl.  
der bibl. Litt. Tom. 5. pag. 541. propositam, et quidem de  
carminibus ita interpretantem, ut sit בְּגִינָה מִכְזָחָה,  
carminum artifex, cf. Psalm. 69, 13, non improbo.

2. Clamantem exaudi me,  
 Deus vindex probitatis meæ!  
 qvi ex angustiis me explicasti,  
 miscerere mei, et audi preces meas!
3. Qvousqve, filii hominum! dignitas mea  
 vobis erit ignominiæ?  
 vos, vanitatis amantes, fraudem sectabimini?
4. At scitote, Jehovam sibi pium elegisse,  
 Jehovam exauditurum me, cum eum invoco.
5. Contremiscite, nec \* rebus novandis stu-  
 dete!  
 hæc animo vestro versate,  
 in lecto vestro,  
 et qviescite.
6. Sacrificia fertे justa,  
 et confidite Jehova!
7. Multi sunt, qvi dicant:  
 "qvis nobis res secundas redditurus est?  
 Tu \*adverte nobis lucem vultus tui, Jehova!
8. Tum animo meo lætitiam datus es majo-  
 rem,  
 qvam qvo tempore frumento et musto abun-  
 dant.
9. In pace simul cubitum eo atqve obdormio:  
 tu enim \* *Jehova es deserto;*  
 tutumqve mihi tecum præstas.

## EXCURSUS AD PSALMUM IV.

v. 5.

אַל־תִּחְתֹּאֵן

Verto: *novandis rebus ne studete*, i. e. a turbis faciendis atqve seditione concitanda vel ulterius perseqvenda abstinetе! Cujus interpretationis vestigia esti apud Rupertium \*), Knappium et Dathium deprehendas, tamen, cum nec in versione expresserint hanc interpretationem, nec, nisi non solum hoc verbum, sed etiam, qvod ei mox opponitur, το οτι, ita interpreteris, sensum commodum ex versu nostro et proxime seqventibus prodire videam, paucis verbis et interpretandi rationem et nexus idearum a versu 5<sup>to</sup> ad. g<sup>vum</sup> hac interpretatione superstructam, exponere, haud superfluum mihi videtur. Qvod vero attinet ad verbum נָתַר, non possumus dubitare, qvin id de hominibus, *rebus novis studentibus*, et qvidem rebellantibus, nostro jure interpretari liceat, qvo sensu alias verbum מְרַחֶה ut Num. 27. v. 14, Psalm. 5. v. 11, et מְקֻם, Psalm. 3 v. 2. adhiberi videmus. Sic vero נָתַר Gen. 40, v. 1. de criminе pincernæ et pistoris ægypti-

---

\*) Henkes Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte, volum, 6, pag. 500.

tii, qvi una cum Josepho in carcere vincti erant, obviam est; qvorum utiqve crimen de conspiratione in vitam Pharaonis facta explicandum videtur et vulgo explicatur: et simili-  
ter τοῦ Ματθαῖου hic, utpote qvod τῷ Αὐτῷ responderet, non *silere*, sed *quiescere, rebellionē abstinere*; interpretari pronum est.  
 Nexus vero idearum, ut eum quoqve paucis attingamus, is esse videtur, ut Poeta, idem vero *rex* forsitan ipse habendus, hostes suos a rebus turbidis dehortetur, simulqve eos doceat, cum ipse sit deo *carissimus*, ab eo qve *rex electus* (v. 4. דָּבָרְתִּי לְךָ תְּחִזֵּקְתִּי), eis a coitione facta abstinentiam esse. Oportere eos itaqve, regem emulantes, ejus ad exemplum *deo confidere*, in eoqve et in rege, ab ipso deo electo, unice acqvescere (בְּטוֹחַ בְּלִיהָנָה).  
 Multos qvidem esse, qvi, dubii, utrum Davidem an Absolumum seqvantur, anxxii alii alios regitent, *ab utro* prosperitas meliorqve rerum status sit exspectandus (טֹב וְרָאֶנּוּ). Oblivisci nempe eos, non ab hominibus, sed a deo solo pendere ipsorum salutem, qvam ipse rex in sola dei fiducia et divino favore collocet (v. 7. נְשָׁא פְּנִים אֲזַרְעָלָיו). Quem si adeptus sit, majori se lætitia affici, qvam qvæ

hominibus lætissimo messis tempore contin-  
gere possit, si vel maxima frugum viniqve  
abundent copia (v. 8. שְׁמָרָה נַחֲתָה &c.) Hac  
vero fiducia, eoqve confisum divino favore,  
securum se cubitum ire, deum enim sibi vel  
ab omnibus deserto adesse (v. 9).

v. 7.

## נִשְׁאָן עַלְיָם

Pro lectione masorethica, qvæ est נִסְחָה, at, qvantum video, hic sensu idoneo desti-  
tuitur, præeunte Aqila, Chaldaeo nec non  
codice Kennicotti, et favente qvidem regula  
critica de litteris ejusdem organi facile inter se  
permutatis, non dubito נִשְׁאָן in textum recipien-  
dum censere; qvæ lectio tanto magis arridet,  
qyo melius sic verha Psalmi nostri cum verbis  
autenthicis, qvalia habet ipsa illa benedictio  
divina, Num. c. 6. v. 26 extans: וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים אֱלֹהִים  
conspirant. Sic etiam *de Wette*  
vocem hanc explicat cum *Aben-Esra*, etsi de  
lectione mutanda nihil addit\*).

v. 9.

## יְהֻנָּה לְבָדָר

Vulgo vocem לְבָדָר (proprie *solitudo*,  
לְבָדָר, quasi *solitudine*, in *solitudine*, de-

\*) Commentar über die Psalmen.

*serto) ad נִירֵי trahunt, utrumqve ultimum hu-*  
*jus commatis enunciatum ita jungentes, ut *Je-**  
**hova* solus securitatem regi præstare dicatur.*  
*Eqvidem melius hanc vocem ad *Davidem* trahi*  
*ratus ita interpretor, ut *Jehovam prædicatum**  
*dictionis prioris constituam, cum vulgo *com-**  
**pellativi* munere fungi videatur, duasqve ex*  
*una dictione faciam: "Es *Jehova* deserto, h. e.*  
**tuo, omnipotentis, præsidio utor desertus:*"*  
*nec refragatur Athnach post merka maapacha-*  
*tum.*

### PSALMUS QVINTUS.

Davidis, pietate freti, preces ad deum, ut contra hostes malignos opem sibi serat, probisqve favere se ostendat.

1. [Cantoruin magistro, tibiis canendus, psalmus Davidis.]
2. Audi verba mea, *Jehova!*  
animum adverte ad preces meas!
3. Attende vocem meam clamantis,  
rex mi atqve deus mi!  
ad te enim precor.
4. *Jehova!* mane vocem meam audias!  
mane tibi \**præsto sum*, atqve exspecto.
5. Non enim es Deus tu, gaudens improbitate,  
neqve malus hospitio tuo utitur.

6. Non consistunt superbientes coram ocu-  
lis tuis,  
odisti omnes, iniqvitati operam dantes.
7. Perdis mendaciloqvos,  
homines sangvini fraudiqve studentes abo-  
minatur Jehova.
8. Ego vero, pro multa tua gratia \*), ædem  
tuam ingredior,  
inqve timore tuo adoro in templo tuo  
sancto.
9. Jehova, duc me in justitia tua;  
propter hostes meos  
complana ante me viam tuam!
10. Nihil veri enim in \* ore eorum,  
intima eorum sunt pravitas,  
sepulchrum patens guttur eorum,  
lingyam suam lævigant \*\*).
11. Ulciscere eos, Deus,  
ut cadant consiliis suis!  
Ob multa sua facinora dispelle eos,  
rebellantes in te!
12. Tum lætabuntur omnes, qvi ad te con-  
fugiunt,  
perpetuo canent gaudio, qvod eos protegis,

---

\*) Grato itaqve animo, adeoqve *pietate*, imbutus.

\*\*) Lævem, blandam faciunt.

jubilabuntqve in te, qvi nomen tuum  
amant.

13. Tu enim, Jehova! justos juvas,  
velut scuto, favore eum circumdas.

EXCURSUS AD PSALM. V.

v. 4.

**אָעַרְךָ־לְךָ וְאַצְפָּחָ**

Vulgo interpres dictionem hic obviam: **אָעַרְךָ־לְךָ**, elliptice ita explicant, ut suppleendum esse dicant, alii **מִלְזָ**, qvod extat Hiob. 32, 14 cum verbo **עַרְךָ**, in eadem vero phrasi Hiob. 37, 19 suppleendum est, alii **לְבָ**, alii **תְּבִלָּה**. Alii, in qvibus *Michaelis et Ruperti* \*), ut reflexiva notio verbo huic insit, nec ellipsis necessaria sit, legere malunt **אָעַרְךָ** in Niph., *disponar*, i. e. *disponam me*. Eqvidem, cum et alibi hoc verbum in Conj. Kal sensu reflexivo occurrat, ut Judic. c. 20, v. 30 et v. 33, 1 Sam. c. 4, v. 2 (**וַיַּעֲרֹכוּ אֶל־הַגְּבֻעָה**), *stiterunt se* (acie) *in Gibeon*, *constiterunt in Gibeon*, **וַיַּעֲרֹכוּ לְקָרְאת יִשְׂרָאֵל**, *constiterunt* (in acie), *apparuerunt* (e *regione Israelitis*) analogia horum locorum usus, esti utroqve in loco de Israelitis in acie se sistentibus usurpatur, nec

\*) Lib. cit. p. 507.

me lateat, dictionem hanc etiam hisce in locis, supplendo τῷ ἀπότολμῷ, elliptice explicari, vim ejusmodi reflexivam ab hac voce nec in aliis rebus, ad aciem non pertinentibus, abhorre, adeoque potestatem *sistendi se, apparendi, præsto esse* ad sacra quoque facienda precesve ad deum fundendas, optimo jure ei subjici posse, existimo, tantoque minus sic judicare dubito, cum videam, *de Wette*<sup>\*)</sup> jam, usum simili exemplo, Hiob. cap. 35, v. 5, eandem sententiam probare malle. Eandem quoque rationem *Hornemanum*, v. d., nostratem, et *Castellionem* in versionibus suis secutos esse suspicor. Verbum קְרָבֵת, sensu *exspectandi* hic obvium, proprie quasi de cive, qui supplex principem suum adit, ejusque sibi responsum dari exspectat, usurpari, est ingeniosissima *J. A. Jacobi*<sup>\*\*)</sup> observatio, quæ valde huic loco convenire dicenda est.

v. 10.

### בְּפִירָם

Autoritate omnium interpretum veterum, nec non faventibus alteris versus nostri membris, ubi est קְרָבֵת, גַּרְבֶּת, לְשָׁקֶת, non dubito

<sup>\*)</sup> Commentar über die Psalmen.

<sup>\*\*) In Annotatione versioni subjecta.</sup>

hanc lectionem pro ea, qvam textus masorethicus exhibet, בְּפִיהָ, recipere.

### PSALMUS SEXTUS.

Qverelæ Davidis cum corpore ægri, tum ob hostium insectandi impotentiam animo dejecti, simul vero professio confidentis divina ope, sperantisqve fore, ut, ab imminentे morte liberatus, insectatores suos pudefactos et conturbatos videat. Ad tempora, qvibus Davides in Sauli aula versabatur, non inepte referendum videtur hoc carmen, tristitia et anxietate animi Davidis plenissimum.

1. [Cantorum magistro, fidibus octochordis canendus, psalmus Davidis ]
2. Jehova! ne animadvertis in me in ira tua \*), neve me in æstu animi tui castiges!
3. Miserere mei, Jehova! nam langvesco!  
Sana me, Jehova! nam ossa mea perturbata sunt,
4. Animaqve mea vehementer perturbata.  
Tu vero, Jehova! qvousqve? \*\*)
5. Redi, Jehova! libera animam meam,  
Serva me pro multa tua clementia!

\*) Morbos olim apud priscas gentes punitionem divinam habitos esse constat vel ex Homeri Iliad. prima, ubi pestis ad ulciscendam contumeliam, Apollinis sacerdoti illatam, excitata esse narratur.

\*\*) Aposiopesis. Qvousqve sc. cunctaris auxilium mihi ferre? qvousqve irasceris?

6. Nulla enim in morte tui memoria est;  
in Orco qvis te laudabit?
7. Fessus gemitu,  
madefacio \* *qvavis nocte lectum meum,*  
*lacrymis meis torum meum liqefacio.*
8. Contabuit mærore os meum \*),  
consenuit \* *inter hostium numerum.*
9. Faceſſite a me omnes iniqvitati operam  
dantes!
- Jehova enim audit vocem fletus mei;
10. audit Jehova ejulationem meam;  
Jehova preces meas recipit.
11. Pudeſſient, perturbabuntur vehementer om-  
nes hostes mei.
- Cedentes ſubito pudeſſient.

## EXCURSUS AD PSALMUM VI.

v. 7-8.

**בְּכָל־לִילָה . בְּכָל־צַוְרֵי**

Vulgo illud vertunt interpretes recentiores: *tota nocte.* Eqvidem verto: *qvavis nocte*, ut et οἱ ὅ cum vulg. lat. vertendo: καθ' ἐκάστην νυκτα, *per singulas noctes*, habent. Sic etiam hoc non, cum recentioribus, *propter*

\*) Sic יְמֻנָּה Genes. c. 29, v. 14 de ore, vultu, facie in universum,

hostes omnes meos, sed *inter* multos hostes meos, et qvidem iisdem interpretibus antiquis, quos nuper laudavi, ex parte præcipua non abhorrentibus, explico. Est enim apud LXX ἐν πασι τοις ἔχοντος με, et in versione vulg. *inter omnes inimicos meos.*

### PSALMUS SEPTIMUS.

Testando innocentiam suam, contra invidiam et calumnias hostium suorum et quidem Cuschi cuiusdem Benjaminitæ, sine dubio aulicorum Sauli in numero, opem dei Davidis implorat, fidensque divina justitia hostium exitium brevi fore prædictit.

1. [Carmen lugubre Davidis, quod cecinit Jehovæ propter Cuschum Benjaminitam]
2. *Jehova, Deus mi! ad te configio;*  
defende me a multis meis persecutoribus  
et serva me!
3. *ne dilaniet me, instar leonis, \* discrptor,*  
nemine servante.
4. *Jehova, Deus mi! si feci \*) hoc;*  
si est scelus in manibus meis;
5. *si rependi amico meo malum,*  
et *\* spoliavi immerito vel hostem meum:*
6. *hostis me persequatur et assequatur,*

---

\*) Intelligendum est hoc δεινόντως, ut dicitur.

vitamque meam ad terram proterat,  
et gloriam meam in pulverem prosternat!

7. Surge, Jehova! in ira tua,  
extolle te in furores hostium meorum,  
et evigila, \* *Deus mi!* qvi judicium pro-  
misisti!

8. Cætus populorum te circumsistat,  
supra qvem (*elatus*) in altum \*) revertere!

9. Jehova judicat gentes.

Causam meam age, Jehova! pro inno-  
centia et fide mea!

10. \* *Miki cesset impiorum malitia,*  
*justumque confirmes,*  
*qvi corda renesque \* exploras.*

11. \* *Deus justus est scutum meum,*  
*Deus servans integros mente.*

12. Deus est judex justus;  
Deus, qvi quotidie irascitur (impio).

13. \* *Profecto iterum eusem suum acuet,*  
*arcum suum tendet, et eum intentabit;*

14. eiique \*\*) intentabit tela mortifera;  
sagittas suas ardentia (tela) faciet.

\*) Altum solium denuo conscende! Cave enim, cogites,  
deum primo descendere de coelo, (v. 7.) ad jus dicen-  
dum, et deinde (v. 8.) in coelum redire, at non nulli  
volunt.

\*\*) Impio.

15. En concepit iniqvitatem,  
et parturivit scelus,  
sed peperit frustrationem.
16. Foveam fodit, effoditqve,  
sed cadit ipse in scrobem, qvem fecit.
17. Revertitur scelus ejus in caput ipsius,  
et violentia ejus in verticem ipsius de-  
scendit.
18. Laudabo Jehovah pro justitia ejus,  
et canam nomen Jehovah altissimi.

## EXCURSUS AD PSALMUM VII.

v. 3.

פָנִים יִתְרַחֵךְ בְּאֶרְיתָה נֶפֶשִׁי פְּרִקְעָה נֹאֲנָה מְצַלָּה

Sic verba commatis nostri, in qvibus inter se conjungendis in diversa abeunt interpretes, neglectis accentibus, rectius conjungi existimo, ut פְּרִקְעָה, qvi sine dubio *Cuschus* ille habendus est, qvem inscriptio commemorat, subjecti nomine ad verbum יִתְרַחֵךְ referamus. Sic omnis difficultas, qvæ, sive ad בְּאֶרְיתָה trahas, sive ad posterius commatis membrum, repetito τῷ אֲנָה ex seqventibus, manet, nullo negotio tollitur.

v. 7.

וְאַחֲלָצָה אֶזְרֵי רִקְמָ

Verbum עֲלֹעַ, qvod vulgo *liberandi*, *servandi* significatione gaudet, cum hæc significatio a sensu commatis nostri plane abhorreat, interpretes non sine causa torsit. Fuere igitur, qvi, ducibus Syro et Chaldaeo, transpositis litteris, וְאַחֲלָצָה rad. עַלְעַ, *opprimere*, legere malint, a qvibus stant *Datheus*, *Koehlerus* et *Hornemanus* noster. Alii, in qvibus *Michaelis*<sup>\*)</sup> et *Knappius*, neglecto parallelismo et qvidem constructione verborum rupta, vertere svadent: "imo vero (i. e. qvin potius) liberavi cum, qvi sine causa mihi adversatur"; qvam vero interpretationem, ut apodosi in versu seqventi non convenientem, merito rejicit *Datheus*. Non dubitavi itaqve vulgarem lectionem sensu *spoliandi*, et qvidem servato constructionis tenore, interpretari; qvam notionem et verbo nostro עַלְעַ tribui posse consentiunt *Michaelis*, *de Wette* et *Gesenius* in Lexico, et ex voce עַלְיָה, *exuviae*, *spolia*, hosti occiso detracta, (vid. 2 Sam. 2, 21, Judic. 14, 19.) probabilem fieri appetet. Cæterum cum non constet mihi

<sup>\*)</sup> in notis editioni Bibl. hebr. subjectis.

ratio sententiæ: "si spoliavi eum, qvi frustra (sine causa) mihi hostis est", qvam minori crimine premeretur, qvi immerito, qvam qvi merito alicui hostis esset, ab interpretibus in Adverbio ריקם, non ad צוררי, sed ad verbum ipsum החרלץ trahendo, discedere ausus sum, adeoqve verto: "*si immerito* (sine justa causa) *spoliavi vel hostem meum.* Etsi enim hostem victum vel occisum vestibus armisqve spoliare, eaqve (*λαφυρα*, *σκυλα* v. *ἐναργα*) prædæ loco habere, apud veteres moris erat, at tamen vel Achillem legimus occisum Eetionem armis spoliare veritum. (vid. Hom. Iliad. VI. 417). Nedum aliquis, non improbissimus, vivum, nisi gravi injuria atque contumelia provocatus, spoliare sustineret.

## v. 7.

וועריה אל

Sic cum LXX interpretibus et vulg. lat. legi malim, ut respondeat præcedentibus קומחה וחתה, qvam vulgatam lectionem עיריה אל vel cum conjugere: *evigila mihi* &c. ad auxilium meum, qvod usui verbi hujus repugnat, vel ad verbum עיריה צ trahere, qvalem constructionem ad hunc locum *Stange*<sup>\*)</sup> proponit ver-

<sup>\*)</sup> In Anticritica pag. 82-87.

tens: "evigila, nam mihi judicium (i. e. vindictam) promisisti." Ante מִשְׁפַּט vero אֲשֶׁר supplendum est. Qvod vero צוֹתָה sensu *promittendi* hic sumsi, ex Psalm. 71, 3., ubi est צוֹתָה לְהֹשִׁיעַנִי, autore *Stange* \*), et qvidem *Knappio* et *Jacobi* hanc significationem amplectentibus, feci; nisi vero hæc significatio probetur, *de judicio constituendo, exercendo* (*qvi judicium exercebat*) explicare oportet. Hæcce vero ad lectionem constitueram præfatus, ut sensus versuum 7 - 9 rectius et sine offensione perspiciatur, tantum non in omnibus consentientem habens *de Wette* in excursu eleganti ad hunc locum, hæcce monere haud supervacaneum duxi. Excitari nemppe ab autore Psalmi deum, ut, recepto ardore animi, quo regi, judici, gubernatori rerum opus est, ad judicium neglectum exercendum; nisi enim esset neglectum, Davides, integer atque innocens, ad id miseriarum non esset detrusus, nec hostium ejus, improbissimorum hominum, scelus ad tantum virium crevisset. Solium itaque et tribunal suum, in quo sedens jus dicturus est hominibus, iterum deus concendat, oratur, expurgiscatur, et

---

\*) In Anticrit. pag. 87.

alte subnixus suggestu supra vulgum (עַלְיָה sc. עַדְעָם) propulis, tribunal ejus circumstantibus, jus dicat (cf. Psalm. 9, v. 8). Deum allo-  
qvitur poeta, tanquam si somnus eum obrep-  
sisset; cuius opinionis exempla alia in Psalmo  
9, v. 30., Psalm. 10, v. 11-12, Psalm. 44,  
v. 24 exstant, rarissimum vero Psalm. 12, v. 6.  
ubi sibi deus neglectos pios exprobat.

v. 10.

עַלְיָה וְגַמְרָה - נָא

Vulgo haec verba leguntur ita, ut עַלְיָה finiat  
versum nonum, et גַּמְרָה versum decimum in-  
cipiat. Cum vero עַלְיָה, versu 9. aut omnino  
abundet, aut, ut sit pro לִ dictum, autore  
*de Wette*, nimis elliptice, supplendo יְהִי,  
explicandum sit, pronom erat, hanc vocem  
ad versum seqventem trahere, et qvidem cum  
גַּמְרָה conjungere. Qvod cum et *Schultzio* pro-  
bari apud *Knappium* legam, et verbum גַּמְרָה  
alibi quoque cum עַלְיָה constructum occurrat, ut  
Psalm. 57, 3, ubi est עַלְיָה אֶל גַּמְרָה, (deus mihi  
causam ad finem perducit i. e. causam meam  
agit) non dubitavi levissimam hanc correctio-  
nem in textum recipiendum esse censere, ip-  
sumque verbum גַּמְרָה, sensu intransitivo quo-

que obvium in aliis locis, ut Psalm. 12, 2.  
Psalm. 77. 9., sic etiam hic interpretari.

וְתַכּוֹנֶן צְדִיקָה בְּחֵן

Sic lego particula ו ante בְּחֵן omissa, qvō dictionis rotunditati melius consuli videtur. Particulum ו, qvam *de Wette nam explicat*, hic omittunt *oi* ו, vulg., Syrus et Arabs. Textus masorethicus habet גַּבְּחָן.

v. II.

אֲלֹהִים צְדִיקָמָנוּ אֶת־מַשְׁעֵינוּ יִשְׁרַׁיְלָבָן

Sic, duce Syro, legendum atque disting-  
vendum censeo, omissio ע autem אֲלֹהִים et אֶת־צְדִיקָה, qvod vulgo versum decimum finit, ad  
initium versus nostri retracto. Qui enim ro-  
vertunt: "*clypeus meus est penes deum*", hoc ita explicantes, ut dicant, deum  
tenere clypeum, qvo pius protegendus sit,  
adeoque clypeum (&c. præsidium) pii in manu  
dei esse, haud omnino recte vim præpos. ע,  
*penes* hic denotantis, ex Genes. c. 16. v. 7.,  
c. 24. v. 30., probant, quippe cum ע idem  
non significet, si dicas hominem *stare ad*  
*fontem*, et si dicas, clypeum *esse penes deum*.  
Præterea, esti lectionem receptam mutare diu  
gravabar, libere tamen profiteor, esse et ma-  
nere in hac dictione, etiamsi usui sermonis

conveniret, qvod non possit, qvin mihi displiceat. Obscuri aliquid inest, ex sententia mea, dictioni huic: *clypeus meus est penes deum.* Non erat itaque, ut a me obtinerem, ne, lectione textus mutata, et parallelismorum et dictionis simplicitati consultum irem.

v. 13.

ימ־לֹא יִשְׁבָּ

Qvam secutus sum in versione hujus dictionis interpretationem, eam *H. F. Pfannkuche*<sup>\*)</sup> exposuit, *Knappio* & *Kühnoele* in versionibus suis eandem amplectentibus, habet que eam commendationem, qvæ non parvi facienda est, qvod nulla sic subjectorum permutatione opus est. Qvod vero attinet ad locutionem hanc ellipticam **ימ לֹא**, in affirmatis et qvidem jurejurando obviam, supplendam vero ex **רַי יְהֹוָה נֶפֶשִׁי** v. 13, qvod latine dicitur, "ita vivat Jēhova, ita vivam, ut" exempla ejusdem vide sis Josv. 14, v. 9. 1 Sam. 11, v. 11. 14, v. 45., 1 Reg. 20, v. 23.

Observari præterea meretur **קָשָׁת**, tanquam telum letiferum, cum **חֶצֶב** et **חֶרֶב**, deo tribui ad puniendos homines, cuius notionis

---

<sup>\*)</sup> In observationum philol. & critic. ad quædam Psalmorum loca specimine, Bremæ 1791, pag. 8.

vestigia exhibet narratio de arcu pluvio in libr.  
Genes. c. 9. v. 13.

לְקָיִם substantive et quidem absolute  
puto hic positum, ut נַזְלִים Exod. cap. 15. v. 8.

## PSALMUS OCTAVUS.

Celebrat Davides magnitudinem dei in creatione mundi, imprimis vero in præstantia humanæ naturæ, manifestum. Sunt, qvi existiment, occasione spectati nocte coeli stelliferi carmen hoc compositum esse.



\*) Intelligendi sunt hostes dei, qui deum verum, idolatriæ dediti, colere noluerunt. Ad hos prædefaciendos vel infantes, non aliter ac rerum natura, majestatem dei prædicare dici potuerunt.

<sup>\*\*) Ubi, quoties coniunge cum vers. 5., ubi supplendum est: tum cogito.</sup>

- opus digitorum tuorum,  
 lunam et stellas, qvas condidisti:
5. "Quid est homo, ut ejus memineris,  
 "et filius hominis, ut ejus curam habeas?
  6. "Non multum inferiorem eum numine \*)  
 fecisti,  
 "gloria vero et honore eum cinxisti.
  7. "Dominum eum constituisti operum ma-  
 nuum tuarum;  
 "omnia pedibus ejus subjecisti:
  8. "Ovium et boum qvidqvid est,  
 "et vero bestias agri,
  9. "aves coeli et pisces maris  
 "et qvæ vias marium permeant."
  10. Jehova, domine noster!  
 qvam magnificum est nomen tuum in omni  
 terra!

## EXCURSUS AD PSALMUM VIII.

v. 2.

**אשר תהנה הורף**

Difficultatem, qvæ vulg. lectioni תהנה inerat, si ex rad. תנן explicanda esset, cum nequaquam ita interpretes tollere valerent, ut

\*) *Numine* i. e. te ipse.

et dictionis facilitati et parallelismorum convenientiae satis factum esse dicas, conjecturam et interpretandi rationem a *Ruperti*<sup>\*)</sup> et *H. E. G. Paulo*<sup>\*\*)</sup> propositam, qva æqve sententiae ac membrorum consensui consulitur, amplectitor. Quid enim facilius & simplicius est mutatione vocalium ita ab iis facta, ut נָבָת legatur præt. Pyal rad. נָבָת, qvæ etiam Jud. c. 5, v. 11 &c. 11, v. 40. eadem significatione *cannendi* & *celebrandi* occurrit? Qvod vero celeberrimus de *Wette*<sup>\*\*\*</sup>) το supra coelos significationi vocis hujus convenire negat, ei largiri neqveo, cum *coeli* et *terræ* (Psalm. 69, 35.) et *sol* & *luna* et *stellæ* (Ps. 148, v. 5.) qvid qvod? *aqvæ supra coelos* (Ps. 148, v. 4.) deum celebrare dicantur. Si vero adhuc exemplo satis firmo probari posset notio τω ΡΑΞ, a *Datheo*, *Hornemano* nostro et qvidem dissentius ab *J. G. Hasse*<sup>\*\*\*\*</sup>) addita, ut *quam! quantopere, quomodo!* significet sensu exclamandi, adeoqve omnino idem qvod το ΝΩ

<sup>\*)</sup> In Henkii Magazin für Religionsphilosophie &c. Tom. 6, pag. 517.

<sup>\*\*)</sup> Philologischer Clavis über die Psalmen.

<sup>\*\*\*)</sup> Commentar über die Psalmen.

<sup>\*\*\*\*)</sup> In Idiognomik Davidi, Jena 1784, 8. pag. 241.

in præcedenti membro esset, nihil amplius ad perficiendum parallelismum sententiarum hujus commatis, antea valde leo nomine laborantis, nobis esset optandum. At exemplum ab Hasseo, l. c., allatum ex Genes. 43, 14. exspectationem destituit, nec, qvamvis hujus interpretationis vel amantissimus, sine idonea exempli autoritate eam vertendo admittere interpretationem ausus sum.

### PSALMUS NOVUS.

Davides deo gratias agit ob victoriam ab hostibus suis reportatam, justitiam divinam, pios, malis pressos, defendantis, celebrat, utqve deinceps scelestos compescat, precatur.

1. [Cantorum magistro, Mutlabeno canendus,  
psalmus Davidis.]
2. Laudabo \* te, Jehova! omni mente;  
enarrabo omnia tua opera mirifica.
3. Lætabor et jubilabo in te,  
canamque nomen tuum, altissime!
4. Nam, terga vertentes, hostes mei  
lapsi sunt, perierunt coram vultu tuo.
5. Tu enim causam meam dixisti et litem  
meam,

- sedisti in solio, judex justus.
6. Increpuisti populis, perdidisti scelestorum \* *nomen*,  
delevisti in æternum atque perpetuum  
\* *hostes*.
7. \* *Finitæ* sunt vastationes in sempiternum,  
\* *urbiumque dirutarum*,  
periit memoria eorum, \* *talium*.
8. Jehova vero in æternum throno suo in-  
sidet,  
ad judicium erigens solium suum.
9. Et jus dicit mundo secundum æquitatem,  
judicat populos secundum id, quod rec-  
tum est.
10. Est vero Jehova præsidium tenui,  
præsidium \* *temporibus* in angustia.
11. In teque confidunt nominis tui gnari;  
non deseris enim eos, qui te querunt.
12. Canite Jehovam in Sione habitantem,  
nuntiate inter populos ejus facta:
13. "ultorem sangvinis. \* *eorum* recordari,  
"nec obliisci clamoris miserorum;
14. \* "misertum esse mei Jehovam,  
"eum miseriam meam ab inimicis meis  
\* *aspexisse*,

"tollentem me ex portis mortis."

15. \* *Ideo enarrabo omnem \* laudem tuam in portis filiae Sionis; exsultabo de tutela tua.*
16. *Demersi sunt populi in foveam, quam fecerunt, inque reti, quod occultaverunt, captus est pes eorum.*
17. *Manifestavit se Jehovah, judicio \* exercendo; in opere manuam suarum irretivit se impius \*).*
18. *(Sic) revertuntur in Orcum impii, omnes populi, numinis oblii.*
19. *Neque enim in perpetuum oblivioni tradetur inops, nec spes miserorum indesinenter peribit.*
20. *Surge, Jehovah! ne prævaleat homo! jus dicatur populis coram facie tua!*
21. *Injice, Jehovah! eis \* timorem! sentiant populi, se esse homines!*

<sup>\*)</sup> Qvod excipit hæc verba in textu hebr. סָלָה, **חַנְנוֹן**, cum, qvid sit, non liqueat, ab aliisque signum mutandi soni musici, ab aliis instrumentum musicum habeatur, consulto omisi.

# S C H E M A

over Examinationens Gang ved den offentlige Examen i Sepibr. 1817  
i Kjöbenhavns Cathedralskole.

## Onsdag d. 17 Sept.

Formiddag.

9-12 Latin	4 Clasfe.
12-2 Historie og Geographie	1 Cl.
9-12 Fransk	3 Cl. B.
12-2 Mathematik	3 Cl. A. $\alpha$ .
	Eftermiddag.
4-6 Religion	3 Cl. A.
— Tydsk	2 Cl. A.

## Torsdag d. 18 Sept.

Formiddag.

9-12 Græsk	4 Cl.
12-2 Dansk	4 Cl.
	Eftermiddag.
4-6 Dansk	2 Cl. B.
— Fransk	2 Cl. A.

## Fredag d. 19 Sept.

Formiddag.

9-11½ Latin	3 Cl. A.
11½-2 Dansk	3 Cl. A.
9-12 Mathematik	3 Cl. B. $\alpha$ .
	Eftermiddag.
4-6 Historie og Geographie	3 Cl. B.
— Fransk	2 Cl. B.

## Löverdag d. 20 Sept.

Formiddag.

9-12 Latin	2 Cl. A.
12-2 Dansk	2 Cl. A.
— Mathematik	4 Cl.
	Eftermiddag.
4-6 Religion	3 Cl. B.
— Tydsk	2 Cl. B.

## Mandag d. 22 Sept.

Formiddag.

9-12 Latin	3 Cl. B.
12-2 Dansk	3 Cl. B.
9-12 Mathematik	2 Cl. B.
	Eftermiddag.
4-6 Religion	4 Cl.
— Regning	1 Cl.

## Onsdag d. 24 Sept.

Formiddag.

9-12 Historie og Geographie	4 Cl.
12-2 Græsk	2 Cl. A.
9-11 Fransk	3 Cl. A.
12-2 Mathematik	5 Cl. A. $\beta$ .
	og 3 Cl. B. $\beta$ .

Eftermiddag.

4-6 Latin	1 Cl.
— Tydsk	3 Cl. B.

## Torsdag d. 25 Sept.

Formiddag.

9-12 Græsk	3 Cl. A.
12-2 Religion	1 Cl.

Eftermiddag.

4-6 Historie og Geographie	2 Cl. B.
— Fransk	4 Cl.

## Fredag d. 26 Sept.

Formiddag.

9-12 Græsk	3 Cl. B.
12-2 Hebraisk	4 Cl. B.
9-11 Naturhistorie	1 Cl.
	Eftermiddag.

4-6 Historie og Geographie	2 Cl. A.
— Tydsk	3 Cl. A.

## Mandag d. 29 Sept.

Formiddag.

9-11½ Historie og Geographie	3 Cl. A.
11½-2 Græsk	2 Cl. B.
9-11 Mathematik	2 Cl. A.

Eftermiddag.

4-6 Religion	2 Cl. B.
— Tydsk	4 Cl.

## Tirsdag d. 30 Sept.

Formiddag.

9-12 Latin	2 Cl. B.
12-2 Religion	2 Cl. A.
10-12 Fransk	1 Cl.

Eftermiddag.

4-6 Dansk	1 Cl.
— Engelsk	4 Cl.

## Stilene udarbeides saaledes:

## Tirsdag d. 23 Sept.

Formiddag.

9-12 Dansk Stil	4 Cl. B.
— — —	3 Cl. A.
— — —	3 Cl. B.
— — —	2 Cl. A.
— — —	2 Cl. B.
— — —	1 Cl.
12-2 Fransk Stil	4 Cl. B.
— Udarbeidelse over Oldsager	3 Cl. A.

Eftermiddag.

4-6 Tydsk Stil	4 Cl. B.
----------------	----------

## Löverdag d. 27 Sept.

Formiddag.

9-12 Latinsk Stil	4 Cl. B.
— — —	3 Cl. A.
— — —	3 Cl. B.
— — —	2 Cl. A.
— — —	2 Cl. B.
12-2 Udarbeidelse over Oldsager	4 Cl. B.

Eftermiddag.

4-6 Engelsk Stil	4 Cl. B.
------------------	----------

De Candidater, som i Aar dimitteres til Academiet, ere:

1. *Peter Christian Böttger*, en Søn af Hr. Melchior Böttger, Silke- og Klædehandler og Forstander ved Petri Menighed her i Staden;
2. *Iver Johan Unsgaard*, en Søn af Hr. Kammeraad og Landinspecteur Iver Unsgaard;
3. *Carl Adolph Thortsen*, en Søn af Hr. Silke- og Klædehandler Bernhardt Thortsen, Major ved det borgerlige Infanterie;
4. *Izaac Pierre Larpent*, en Søn af Hr. Grosserer Izaac Larpent, Revisor ved det Asiatiske Compagnie;
5. *Christian Boas Petersen*, en Søn af afdöde Kiöbmand Thomas Petersen paa St. Croix;
6. *Johannes Möll*, en Søn af afdöde Arrestforvarer Vilhelm Möll her i Staden;
7. *Andreas Hansen Bjerre*, en Søn af Hr. Brændeviinsbrænder Søren Andersen Bjerre;
8. *Marc-Alexis Agier*, en Søn af Hr. Grosserer Jacques Agier;
9. *Johan Peter Holmer*, en Søn af Hr. Havnecontrolleur Claus Hendrik Holmer;
10. *Daniel Frederik Eschricht*, en Søn af Hr. Mægler Johan Gottfried Eschricht;
11. *Peter Vilhelm Jacobsen*, en Søn af afdöde Viinhandler Jens Christian Jacobsen her af Staden;
12. *Henrik Hertz*, en Søn af afdöde Bagermester Philip Hertz af det mosaiske Troessamsund her af Staden;
13. *Adolph Vilhelm Theodor Göttericke*, en Søn af Hr. Christian Georg Vilhelm Göttericke, Segnepræst ved Garnisonens tydske Menighed her i Staden;
14. *Adolph Rung*, en Søn af Hr. Kammeraad Hans Rung, Toldcasserer i Nestved;
15. *Niels Julius Strandgaard*, en Søn af Hr. Havnecontrolleur Morten Strandgaard;
16. *Emilius Ferdinand Hansen*, en Søn af Hr. Gartner Svend Hansen;
17. *Christian Peter Georg Borregaard*, en Søn af Hr. Gregers Borregaard, Inspecteur ved det Kongl. Kalkbrænderie ved Fridriksborg;
18. *Carl Georg Leuning*, en Søn af Hr. Justits-Secretair Christopher Gram Leuning ved Lands-Overretten, samt Hof og Stadsretten;
19. *Peter Frederik Storck*, en Søn af afdöde Bogholder ved det Schimmelmannske Sukkerraffinaderie Johan Frederik Storck, og Stedsøn af Hr. Herman Baagoe, Bogholder ved Universitetet;
20. *Johan Frederik Storck*, en Broder til den foregaaende.